quia oratio eius nō habet effectū sine mane pectoris idest sine gratie initio: ideo dicit Emitte lucem tuā quod habet in secūdo psalmo: Judica me deus. Sed quia mane pectoris pēdet ex mane nostre redēptionis: ideo dicit exitus matutini quod est in tertio psalmo Te decet ꝛc. Et qz habitato mane pectoris quod est effect' mane redēptionis homo incipit sibi vilescere. sequit mane sicut herba transeat ꝛc. qō habet in quarto psalmo. s. Domine refugiū. Sed quia quanto sibi qs magis vilescit tanto magis mane eternitatis affectat: iccirco dicit Auditam fac mane misericordiam tuā: quod habet in quinto psalmo Domine exaudi orationē meam. Et quia nemo ad hoc peruenit nisi qui laudat deū in aduersitate ꝛ prosperitate: ideo adiūgit ad annūciandū mane misericordiam tuā ꝛc. quod habet in sexto psalmo Bonū est ꝛc. ¶ Rursus sex psalmi qui p singulas ferias mutent. ꝛ cantica que in illis dicūt inter se conueniunt ꝛ congrue possunt temporis gratie successibus coaptari. In secūda nāq; feria recolitur status primitiue ecclesie que sanctorum predicatione hereditatem accepit ut dictū est. vii in illo psalmo Verba mea orat ecclesia p eterna hereditate quā per christū percepit: quare in titulo eiusdem psalmi ita dicit ps. in fine pro eo quā consequit. in cantico vero gratias agit dicēs Cōfitebor tibi domine quoniā iratus es mihi. cōuersus est furor tu' ꝛ consolatus es me: quod ē isa. xy. c. Renera ira dei permansit vsq; ad passiōes saluatoris. sed tunc conversus est domin' a furore ꝛ consolatus est ecclesiam aperiens ei ianuam celestis regni: cum oēs prius ad inferos mitterētur. Item in psalmo sollicitudinem suā ostēdēs ecclesia dicit: Mane astabo tibi ꝛ videbo ꝛc. in cantico vero confidens dicit: Fortitudo mea et laus mea dominus idest ipse p quē sum fortis ꝛ quem laudare teneor. Ad totā igit pertinet ecclesiam quod dicitur Verba mea ꝛc. sed specialie ad primā cui per apostolos prima facta est promissio eterne hereditatis: ꝛ tunc vexillū crucis cepit in nationibus eleuari: ad quod ptinet canticum sicut ex his que precedūt canticū in Jsaia manifeste apparet. Dicit. n. in libro paulo superius. In die illa radix iesse qui stat in signū populorū ipm gentes deprecabunt: ꝛ erit sepulchrū eius gloriosum. Et paulo post: eleuauit signū in nationes ꝛ congregabit pfugos israel ꝛc. Saluator noster ē radix iesse: ꝛ ipse stat in signum populorū quia ad eum respiciūt gentes: ꝛ ipsum deprecant. eius sepulchrum fuit gloriosum: licet peccatis nostris exigentibus ad tempus sit ignominosum: ꝛ ipe per apostolos ꝛ alios primitiuos leuauit in nationes crucis lignū in quo est victoria: ut scāt oēs i quo dyabolus est victus. Sed ante hoc congregauit ipse profugos israel quando in die pentecosten erant viri religiosi in hierusalem ex omni pte ul' natiōe que sub celo est: ꝛ ex illis crediderūt vna die tria milia ꝛ alia die quinq; milia. Hiaz eis dicit Paulus in actibus apostolorū. Primū oportebit iudeis loqui verbū dei. In tertia feria illud tempus recolim' quādo ab impys ecclesia persecutionem patiebat: a iudeis primo: ꝛ postea a diuersis imperatoribus romanis: presertim a tēpore neronis vsq; ad tempora diocletiani ꝛ maximiniani imperatorū. Que autē tūc passa fuerit ecclesia iudicat psalmos Judica me deus ꝛ discerne causam meā de gente nō sancta: ꝛ ostendit tristitiam cuz dicit Quare tristis incedo dū affligit me inimicus. Sed quia ab hac persecutione liberata est cantat canticū Ego dixi: quod est Jsa. xxxviij. c. quod cantant eçechias post liberatiōz a sennacherib: ꝛ post infirmitatem quā incurrerat ne eleuaret cor eius in superbiā. Vel quia eleuatum erat propter inopenabilem triumphū de exercitu sennacharib. Sicut. n. ille liberat' reddidit gloriam deo: sic ꝛ ecclesia: plus tamē quasi desperans dicit: non aspiciā hominez vltra ꝛ habitatorem quietis. i. saluatorem meuz per quem mihi quies deberet esse: imo cum videbat suos passim interfici dicebat. Generatio mea ablata est. ꝛ itez: precisa est velut a texente vita mea cuz adhuc ordirer succedit me. Tamen sperās ecclesia dicens: Viuens supple nūc in protectiōe tua viuens. s. post in futura qūiete. ipse confitebitur tibi: sicut ꝛ hodie ego supple liberata ab hostib' ꝛ ego ita ago sicut pater bonus notaz facit filys veritatem suam. In quarta feria recolit illud tēpus quo ecclesia cepit exaltari super inimicos suos: reddita sibi pace per imperatorem cōstātinū. Unde cantat: Te decet hymn' de' in syon. Syon interpretat speculatio siue contēplatio: quia tempore quietis potuit ecclesia vacare contēplationi. Ad hoc enim pertinet titulus. s. ps. David Canticum hieremie et eçechielis de populo trās migrationis uel verba perigrinationis cū inciperet exire. Sicut enim populus ille de babilonia exire cepit recepta licentia a ciro: ita ꝛ ecclesia de babilonica persecutiōe per constantinū romanū imperatorem liberata quam patiebat sub diuersis imperatoribus habet spem proficiendi in melius quousq; perueniet in celestem hierusalem. Unde recolens preteritam persecutionē dicit Ba iniquorū preualuerūt super nos: ꝛ profectum suū ostendēs dicit Benedices corone anni benignitatis tue. Corona anni benignitatis tue est tēpus gratie quod per circulum diez vsq; in finez mundi decurrit: in quo campi idest illi qui sunt pleni tumore superbie carētes vbertate gratie repellentur: ppter hanc liberationē cantat ecclesia canticum anne matris samuelis quod cantauit liberata de persecutione sue emule fenenne scilicet: Exultauit cor meū in domino quod est primi Responsio. ij. c. Cum enim respublica cepit p angelicos viros ꝛ iperatores christianos ministrari potuit ecclesia dilatari os suum super inimicos

ſtios.ſ.iudeos: paganos ⁊ hereticos. Unde ſeq
tur dilatatum eſt cor meū ⁊c. ¶ Eadem quoq;
pace qua gaudent gentiles cōuerſi: gaudent ⁊ iu
dei conuerſi. Unde in pſona iudaici populi can
tamus in quinta feria. Domine refugium factus
es nobis. Quod autem iſte pſalmus ad iudeos
pertineat titulus oſtēdit ſcilicet. Oratio moyſi ho
minis dei. Ad idem etiā pertinet canticū moyſi
cantemus domino: quod eſt exodi.xv. capitulo
in prin. Sicut enī exultauerunt iudei iterempto
pharaone cum exercitu ſuo: ita exultant hodie
chriſtiani delectis diuerſis iperatoribus qui ec-
cleſiam pſequebanť in odium nominis chriſtiani
¶ In ſexta feria fit cōmemoratio paſſionis dñi
Unde cantať ille pſalmus. Domine exaudi ora-
tionem meam: cuius titulus eſt pſalmus dauid:
quādo perſequebať eū filius eius abſolon. Bīť
autez dauid habuit plures filios: ſed vnus illoꝝ
ſcilicet abſolon perſecut⁹ eſt eum: ita ⁊ domin⁹
noſter plures habet filios: de qnibus ipſe dicit.
Non poſſunt lugere filij ſponſi quouſq; cū illis
eſt ſponſus: ſed vnus illoꝝ ſcilicet iudas perſecu
tus eſt eum qui dicīť abſolon quaſi abaſſolez .i.
pax patris propter oſculuz quod dedit domino
qnod eſt ſignuz pacis. Ad idē pertinet canticum
Domine audiui audituz tuū ⁊c. qd eſt abacuc.
ly.capitulo.in ꝓncipio. In quo dicitur cornua in
manibus ei⁹ ibi abſcondita eſt fortitudo eius a.ſ.
e.i.mors. Per cornua regna intelligere conſueui
mus: ⁊ eſt ſenſus. cornua in manibus eius id eſt
regnū in poteſtate eius. Hanc autem poteſtatem
meruit ſibi dari: vel potius ſibi datam notifica
ri p paſſionem: de qua ipſe dicit. Data eſt mihi
omnis poteſtas ī celo ⁊ in terra. Per cornua enī
conuenienter ꝗz hoc intelligunť duo cornua cru
cis. Unde videť ꝗz hoc q̄ potius eſſet dicendu5
manus eius in cornib⁹ q̄ꝗ cornua in manib⁹ eius
Maluit tamē ſic dicere abacuc ꝓpheta vt oſtē
deret q̄ in poteſtate ⁊ in volūtate eius fuit eum
crucifigi: ſicut ipſe dixit. Nemo tollet a me ani-
mam meam: ſed ego habeo poteſtatez ponendi
animā meaz ⁊ iterum ſumēdi eam: ibi ſcilicet in
curte abſcōdita fuit ad tēpus fortitudo eius: qa
reputatus eſt tanq̄ꝗ percuſſus a deo ⁊ humiliat⁹
⁊ ante faciē eius ibit mors: quia mors per eius
mortē deſtructa eſt. ¶ Et nota q̄ hec dies eſt qn
ta a ſecunda feria in qua agiť de paſſione ſalua-
toris: ſicut ⁊ in dominicis nocturnis qnto loco
ponitur canticū in quo ponitur contēptus nabu
chodonoſor ⁊ victoria triū pueroruz in camino
ignis vbi aſpectus quarti erat ſimilis filio dei: vl
ſicut habet alia translatio filio hominis: quia in
paſſione ſaluatoris facta eſt deſtructio diaboli ⁊
victoria chriſtiani populi de tribus partibus or-
bis collecti per eū qui eſt verus filius dei ⁊ ver⁹
filius hominis. ¶ In ſabbato vero fit cōmemo
ratio victoria populi iudaici: qui erat cōiunctus
eccleſie dei in fine ſeculi: ⁊ cantabit cum eccleſia
pſalmum. Bonū eſt confiteri domino ad annun
ciandū mane ſcilicet proſperitatis miſericordiaz
tuā ⁊ veritatem tuā per noctem ſcilicet aduerſi-
tatis: qui pſalmus intitulatur laus cantici dauid
in die ſabbati: vnde conueniens eſt. vnde in die
ſabbati canteť pſalmus ille in quo agitur de per
ſecutione iude: qui perſecut⁹ eſt chriſtum in figu
ra abſolon qui perſecutus eſt patrē: ⁊ qui intitu
latur in die ſabbati. Quod autē pſalmus iſte pti
neat ad iudaicum populū cōuincīť ex illo verſu.
In decacordo pſalterio cū cantico. Pſalterium
decacordū dicitur lex ꝓpter decem mandate le
gis. ¶ Et nota q̄ hoc pſalterīū quidam portant:
ſed in eo non pſallunt: vt iudei perfidi qui nobis
ſunt in codici bus teſtes: in cordibus hoſtes. qui
dam portant ⁊ pſallere videnť non tamē pſalliť
vt falſi chriſtiani qui cū triſticia aliquando bona
opera operanť. Quidā portant ⁊ in eo pſallunt:
vt illi qui cū humilitate bonum operantur. Hoc
aūt erit in populo iudaico cū vnum erit cum ec-
cleſia. Qualiter canticuz moyſi: Audite celi: qd
eſt deutrono.xxxij. capitulo pertineat ad ſabba-
tum ⁊ ad populum iudaicū ex verbis Bede ha
beri poteſt: qui dicit ſuper Lucā q̄ in diebus ſab
bati iudei in ſynagogas confluebant ad meditā
da diuine legis mandata. poſtpoſitis mundi ne-
gocys: iuxta illud. Vacate ⁊ videte quoniaz ſua
uis eſt domin⁹. In memoriā ergo priſtine religi
onis canticum ipſuz deutrono. in ſabbato canta
tur: in quo ſtatus illius populi quē habuit offen
ſo vel ꝓpitio deo deſcribiť. ¶ Poſt antiphonam
ſequiť capitulū p quod fit exhortatio ne deficia
mus in via. Et dicitur quādoq; benedictio ⁊ cla
ritas apocalip.vij.capitulo. ⁊ quandoq;. Fuiſtis
aliquādo tenebre epbe.v. ⁊ quādoq;. Nox pre-
ceſſit ad romanos. xiij.capitulo. vbi hortamur ī
fide pſeuerare: miſericordie operibus intendere
opera tenebraruz abiicere: ⁊ arma lucis induere
⁊ conſolamur per ꝓmiſſionē glorie. Et poſt capi-
tulum ſequiť reſponſoriuz. In quibuſdam tam
eccleſijs non dicitur reſponſoriū. Videtur enim
hoc ſuperflue ꝓpter reſponſoria in nocturnis di
cta: quia hodie nocturne ⁊ laudes matutine vbi
que coniunctim canunť. Hec tam ratio ceſſat ſi
laudes matutine officiuz ſit per ſe. In omnibus
tam alijs horis poſt capitulū ſequitur reſponſori
um. Poſt capitulū ſeu reſponſoriū chorus exhor
tationi aſſentiens hymnū reſonat. Poſt hymnū
ſequitur verſus. Quia enī per canticuz zacharie
quod ſtatim ſubſequitur ꝓmiſſio notatur: ⁊ nos
tradi ſumus ad credendū ꝓmiſſionibus: ideo p
mittiť verſus alta voce: vt excitemur ad creden
dum dei ꝓmiſſa. Et dicīť in quibuſdaz eccleſijs
verſus. Repleti ſum⁹ mane miſericordia tua. in
quo recoliť tēpus quo iuſtis recōpenſabiť mer-
ces poſt huius ſeculi laborē. Unde dicit repleti ſu-
mus mane p̄teritū ponēs ꝓ futuro ꝓphetali cer
titudine: qz in mane eternitatis miſericordia dñi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

replebimur. Juxta illud: Satiabor cū apparuerit gloria tua. In alys vero ecclesys dicitur in maturinis: Domine meditabor in te. Consequēter chorus hsu excitatus subiycit canticū çacharie. s. Benedictus quod est Luce. i. c. quod semp dicit. Juxta qō ait apostolus: Seruiendum est deo in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis. i. corde: ore. ⁊ opere Siquidem per hymnū exprimit letitio quaz de consecuta libertate habemus. Et quia christ⁹ hāc nobis letitiam acquisiuit: iccirco ne de huiusmōi beneficio ingrati esse videamur in laudem dei cā tando prumpimus antiphonā inchoantes. Et qz nos liberauit ei grates referim⁹ alta voce cantā do canticum ipsuz. ⁊ quare quia visitauit nos ex istentes in miseria ⁊ fecit redemptionē plebi sue. Quare etiaz hoc canticū alta voce dicat in sexta parte sub quinta feria cene domini dicet. Ut iō post psalmos ⁊ lectiones ⁊ versuz canticū ipsum dicit: ut recordemur q̄ finito tempore noui testa menti: quod per premissos matutinales psalmos significat. remuneratio abrae promissa nobis da bitur si doctrina christi imbuti quod p lectionez ⁊ ad dei seruitium vsitati quod per versuz signi ficat. sine timore in sanctitate ⁊ iustitia oibus die bus seruiemus deo. Rursus ideo psalm⁹ Be nedictus hoc loco dicit: quia in eo agit de pcur sore illius qui in sexta etate venit. ⁊ iste est sextus psalmus in laudib⁹. Et nota q̄. quia hoc canti cum ⁊ canticuz marie. s. Magnificat anima mea dominū ⁊c. euangelia sūt: ideo ea stantes canta mus. Cetex hec duo cantica nō cantant in eccle sia eo ordine quo edita sunt: quē ordinem ponit magister in historys vbi agit de ortu pcussoris. Nam canticū çacharie prius cantat: ⁊ tamē secū do editum est: quare eteni ibi legit. Et erexit cor nu salutis nobis quod est factū in resurrectione Et quia loquit ad puerum qui fuit aurora solis: ideo cantat in laudibus. Canticū autem virginis quia legit ibi: Respexit humilitatē ancille sue ecclesie scilicet ⁊ ipsius marie: quod quidem fac tū est in sexta etate: ⁊ agitur de incarnatione ibi Suscepit israel puex suū: ideo canit ad vesperas scilicet in sexto officio diurno. Tertio canticum symeonis quod sequit canitur in septimo officio scilicet in completorio: quia orat se dimitti i pace quod erat in septima quiescentium. Rursus in tribus horis tria dicim⁹ euangelia. s. in aurora be nedictus: quia ibi vera lux nūciatur. In vespera Magnificat: quia in fine mundi prout ibi dicit: deus superbos disperdet: ⁊ humiles exaltabit. In cōpletorio Nunc dimittis: quia post iudiciuz sancti in pace regnabūt. Finito cantico antipho na que dilectionem quā in laudando deū habe re debemus significat: repetitur. Dum aūt hsus ante ipsum canticum dicitur offertur incensuz: ut notetur deuotio ab igne charitatis egrediens q̄ i omni laudi esse debet. Thuribuluz enim est cor dominis. ignis charitas incensum oratio. fum⁹ in altuz tendens est deuotio que sursuz tendere de bet. Juxta illud: Dirigatur oratio mea ⁊c. de hoc in quarta parte in titulo de accessu pontificis ad altare dicum est ⁊ dicetur sub vesperis. Primo autem offertur incensum circa altare. naz ⁊ sacer dos legalis mane intrabat templū ut super alta re incensum offerret: ut dicetur sub titulo de ve speris: offertur itaq̄ incensum circa altare ut no tetur canticum toto cordis affectū esse proferen dum. Et ne nobis accidat quod contingit çacha rie cui dum incensum offerret apparuit angelus dicens q̄ ei nasceretur filius: quod quia ille non credidit obmutuit. Credamus igit promissionib⁹ dei ne a laude eius muti efficiamur. Alia etiam ratio sub vesperis dicetur. Post canticū sequi tur oratio per quam est impetranda promissio: ō qua dictum est in prohemio hui⁹ partis. De lau dibus maturinalis quas nonachi dicūt ī precedē ti titulo dictum est.

De prima. Rubrica.

Postquam de nocturnali p̄ premissum est of ficio conuenit aliqua dicere ō diurno Et primo de hora prima in qua deum laudare debemus: tum quia est initium dici ⁊ no bis dedit noctez cū salute ⁊ sine satbane impedi mento transire: put in cōpletorio rogaum⁹ ipm tum quia tali hora christus a iudeis pilato tradi tus est: ⁊ etiam angelus nunciauit mulierib⁹ ad monumentū orto iam soli veniētibus eū surrexis se. eadem etiaz hora visus est in hortore maris et discipulis piscātib⁹ dicens illis: pueri habetis ali quid pulmēti. Tum qz eadē hora domin⁹ cōue niebat in templo ⁊ populus manitabat. i. mane ex pectabat: uel ad eū mane festinabat. Tum etiam quia scriptura dicit: Primū querite regnum dei Merito ergo ecclesia in hac hora dominuz lau dat ⁊ eum inuocat dicens Deus in adiutorium meū intende cū glorificatione sequēti ⁊ inde pe tit liberari ⁊ a persecutione mūdi ⁊ a tentationi bus dyaboli: ut patet in hymno Jā lucis orto sī dere ⁊c. Est autez notādum q̄ in prima hora hymn⁹ ipse inuariabilis est: quoniā quolibet die premissa liberatione egem⁹: similiter ⁊ in cōple torio hymn⁹ Te lucis ⁊c. in quo petit ecclesia a fantasmatibus liberari: qua etiam liberatiōe sem per egemus: prout sub completorio dicet. Nue dam etiam ecclesie nūquaz variant antiphonam ad primā. Tum. n. deus sit inuariabilis qui est al pha ⁊ o. i. principium ⁊ finis: iccirco qz semp a no bis primicias ⁊ decimas exigit tanquam semper soluētes primicias diei nūquam variāt antipho nam sed semp dicūt illam de trinitate: nisi aliq̄ō festum accidat: quia tūc fit de ipso festo. Alie ta men ecclesie variant antiphonaz ⁊ hymnuz ⁊ in dominicis ⁊ in feriis ⁊ in festis dei ⁊ sanctorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Post antiphonā sequūtur psalmi: ⁊ ex cōtinētia
pcedentis hymni euidenter apparet quasi dicat
pmus psalm⁹. Deus in noīe tuo ⁊c. in quo eccl'a
orat a periculis ⁊ ab inimicis liberari: deinde se
armat pmo contra hostes cingulo castitatis: cum
dicit: Beati imaculati in via ⁊c. Secūdo galea sa
lutis. s. spe cū. dicit: Retribue seruo tuo ⁊c. de q
bus dicet sub sexta. Tertio etiā scuto fidei cū di
cit. Quicūq; vult saluus esse ⁊c. in quo fides no
stra continet. vt iā dicetur que est sentuz ⁊ muni
men nostr ⁊ victoria contra carnē mundū ⁊ dy
abolū ⁊ eius oēs tentationes. vnde Petrus. Cui
resistite fortes in fide ⁊c. Quarto sumit gladiuz
spiritus quod est verbū dei: dū dicit capitulum
siue lectionē que pertinet ad doctrinā: qz oportz
vt precedant bona opera que per psalmos signi
ficantur: ⁊ tandē sequatur doctrina de spirituali
bus ⁊ secretioribus: Iuxta illud cepit Ihesus fa
cere ⁊ docere. Sunt ergo tres psalmi. s. Deus
in noīe tuo saluū me fac: Beati imaculati in via.
Retribue seruo tuo vt in tribus horis monumē
tum contra ipugnationes interiores ⁊ exteriores
habeamus: Et dicit sub tribus glorificationibus
eo q trinitas in nostris operibus glorificat. Se
cundus psalmus est. Beati imaculati in via vsq;
Retribue seruo tuo. Tertⁿ est: Retribue seruo
tuo vsq; Legē pone mihi dñe viā iustificationū
tuar. qui ex octonarys versuū constituūtur. Ha
bet enī vnusquisq; versuū sedecī versus: quorū
duodecim significāt duodecim pphetas. aly qua
tuor designāt maiores pphetas. s. Hieremiā Isa
iam Danielez ⁊ Ezechielem: siue duodecī apo
stolos ⁊ quatuor euāgelistas. Dicuntur ergo illi
duo psalmi ex sedecī versibus constituti vt ostē
dat q ea que duodecim pphete ⁊ quatuor ma
iores: siue duodecim apostoli ⁊ quatuor euange
liste dixerūt p posse obseruare debemus. De oc
tonarys dicet sub titulo de completorio. Sunt
etiam quodāmodo quinq; psalmi habito respe
ctu ac diuisionem octonariorz versuū cuiuslibet
ps. significantes q ecclesia petit ne mors ingredi
atur per fenestras quinq; sensuū nostrorum: seu
vt quinq; sensus nostri per diem diuinitus muni
antur. Primⁿ est. Deus in nomine tuo saluū me
fac. Secūdus. Beati immaculati in via. Tertⁿ.
In quo corrigit. Quartus. Retribue seruo tuo
Quintus. Adhesit. Et est sciendū q a psalmo
Beati imaculati in via vsq; ad psalmū. Ad do
minū cū tribularer clamaui: est vnⁿ psalmⁿ conti
nens duodecī capitula: qui fm Ambrosiū est pa
radysus pomorū ⁊ apotheca spiritⁿ sancti. ideo
ecclesia ruminat illū per horas velut species aro
maticas deo ⁊ mūdo. Sed querit quare psal
mus ille. Deⁿ in nomine tuo saluū me fac. datur
ad primā: quem David cecinit dū iudei eū saul
tradere volebant. Respondeo ideo quia per cy
pheos qui interpretant florentes intelligit dya
bolus qui caducam floriditatem suis ostendit.
Ipse enim siue per se siue p mēbra sua insidiat
nobis ⁊ nos aperte psequit vt nos eterne tradat
morti. Ad vitandū ergo eiⁿ caliditatem. iste psal
mus in pma hore siue in diluculo cantandⁿ est.
quē dauid cantabat vt ab inimicis saluaret. Pⁿ
illū dicit psalmⁿ. Beati imaculati in via: q plenⁿ
est morib⁹: qz oportet vt hi quos deus liberauit
de vinculis ⁊ carcere inimicorz. morib⁹ bonis ⁊ ī
omni deuotione assistant. In dieb⁹ vero dñicis
in quibus matutinali dicit: ⁊ historia mutat: di
cuntur ad primā qnq; psalmi q sunt in fine ipsⁿ
nocturni dñicalis. s. Deus deⁿ meus respice ⁊c:
qui psalmi quare in pma dicant sub cōpletorio
dicet. In quibusdā tamē ecclesys dicunt solum
in dñicis a septuagesima vsq; ad pascha quo eti
am tēpore dicit ad pmam psalmus. Dñs regna
uit: ppter rationē ibi scriptā. In premissis etiaz
dñicis dicitur ad primā psalmus. Cōfitemini do
mino: ne aliquid de psalterio ptermittat: qn totū
in septimana dicat: ⁊ qz ibi pserti in versu illo.
Hec est dies quā fecit dñs ⁊c. agit de resurrecti
one ad quā dies dñici pertinet. ⁊ fz hoc in domi
nicis dicūtur ad pmā. ix. ps. vt cū nouem ordini
bus angelorū in resurrectionis gaudio trinitatē
laudare possumⁿ. In pmis qnq;. s. Deus deⁿ me
us respice: ⁊ sequētibus de christi passione cāta
p psalmū. Confitemini. ⁊ tres quotidianos: innu
itur q in quatuor mūdi partib⁹ doctrinaz quatu
or euangelistarū laudare debemus. In psalmo.
Deⁿ in noīe tuo saluū me fac. petimⁿ erroris de
positionē in confitemini exhortamur ad laudes
confessionē in Beati imaculati ad laudis opera
tionē. in Retribue ad mādatorū retributionem.
Nec qz fides est fundamentū mādatorz ⁊ victo
ria que vincit mūdū: qz cetera sine fide frustrant
iō subdit symbolū fidei. Quicūq; vult q Atha
nasius alexandrinⁿ episcopⁿ rogatu Theodosy
īperatoris ad eradicandā inualescentē heretico
rū pfidiā ⁊ fidē catholicā diuulgandaz edidit: ⁊
singulis dieb⁹ dñicis ecclesia cōstituit cantari ad
pmā: qz populus tunc maxie ad ecclesiā couenit
vel qz fides pnciplū salutis existit. Quidā tamē
ex curositate illud omittūt in illis dieb⁹ quib⁹ in
missa. Credo in vnū deū dicūt. qdaz aūt dicūt q
dictⁿ Athanasius fugiens a facie Cōstantini īpe
ratoris in treueri illud cōposuit: quodq; nō dicit
in ecclesia ex pmaria ecclesie institutione. Et ad
uerte quia in hoc symbolo duo pncipaliter sunt
ptes. s. de trinitate ⁊ de incarnatione verbi: sed
de libero arbitrio pmittit. Postea sequit capi
tulū in quo pastor oues ⁊ paterfamilias operari
os ne in calore ⁊ labore deficiat cōsolator: de q
iā dicet: ⁊ dicit qñq; capitulum. Gratia vobis ⁊
pax a deo ad gal. i. ⁊ quādoq;: Pacē ⁊ veritatez
zacharie. viij. di. Post capitulū sequit respōso
riū. Christe fili dei viui ⁊c. vt ecclesia ostendat se
innuere ⁊ applaudere his que in illo dicta sunt.
nihiloninus tamē orat p se. Hñ postea subiicitur

versus Exurge christe. i. fac nos exurgere. Exurge autem a vicys: nihil aliud est quaz ad dominum redire. ¶ Sciēdum est autem ꝓ quedaz ecclesie omittunt responsoriuz illud Christe fili dei viui in aduentu ⁊ in septuagesima quia licet tam patres qui fuerunt ante legem quam qui fuerūt sub lege sperarent per christum a miserys liberari. tamen quia ipse in illo tempore nondum venerat: iccirco cum tempora illa recolunt̄ misericordia christe minime inuocatur. In festiuitatib⁹ tamen sanctorum que in illis temporibus occurrūt illud dicunt: quia in illis tempus gratie repreſentatur. Quedam tamen ecclesie nō dicunt capitulum nec etiam responsorium: sed solum versum Exurge volentes morez apostolorꝫ imitari: quos legimus post ascensionem ante aduentū spiritus sancti in orationibus ex bonis operibus perseuerasse sicut Lucas dicit ꝓ ipsi adorantes reuersi sunt in hierusalem cum gaudio magno: ⁊ erant semper benedicentes in templo ⁊ laudātes deū Nec legimus eos tunc fecisse sermonez ad populum. sed in die pentheco. dato eius spiritu sancto hora tertia ceperunt tanctꝫ confirmati ad populū loqui in quo instruimur ꝓ vsqꝫ ad horam tertiaz bonis operibus ⁊ orationibus vocare debemus ⁊ tunc tandem alios docere: quod notat ipsa lectio seu capituluz. Nam psalmos ad opera. lectio vero pertinet ad doctrinam. propter hoc ergo lectionem in prima subtrahunt: ⁊ per consequens responsorium quod ei respondere debet. ¶ Rursus per primam pastoris opera intelliguntur. Unde tunc dicitur. Respice domine in seruos tuos ⁊ in opera etcetera: qui pastor christi exemplo debet prius operari ut in alys horis alios ad operandum valeat exhortari: ideoqꝫ non dicunt capitulum quod est exhortatio seu consolatio post psalmos per quos opera significantur. sed post p̄mam dicitur lectio ut dictuz est in prohemio huius partis. ¶ Subsequenter dicuntur preces: q̄niam in concilio agatheñ. de consec. distinctione quinta. conuenit: statutum est ut preces siue capitula de p̄s. in singulis horis dicantur. Dicuntur autem propter tria. Primo ad resecādas superfluas cogitationes. Secundo ad impetrandam misericordiam propter oues orantes ⁊ operarios fatiscentes. Tertio ad postulandum auxilium contra temptationes ut possimus in dominica oratione patre securius inuocare. Et dicuntur hoc modo. Primo nanqꝫ dominica oratio dicitur in qua sunt. vij. petitiones propter septem dona spiritus sancti habenda: ut iam dicetur. Sed quia musce morientes perdunt suauitatem vnguenti precedat ipsum kyrieleison. Oportet cum tale quid precedere quod inanes cogitationes repellat a mente: ut dicendo ipsam orationem mens que inuisibili loquitur sola inuisibilia cogitet.

In diuinis siquidem officys ante ipsam orationem dicitur ter uel semel kyrieleison: ⁊ postea semel uel ter christeleysou: ⁊ iterum ter uel semel kyrieleyson. Dicitur ter kirieleysou: ad notandum tres status diuinitatis ⁊ diuine maiestatis: quos aliquo modo in ecclesia celebramus. Sed semel dicitur propter vnam substantiam. Primus status primus ante assumptam humanitatez quādo trinitas inuocabatur sine copulatione humane nature: ⁊ dicebatur dominus: quia dominus nomen illi. Secundus fuit post assumptam humanitatem scilicet quando christus videbatur ī terra: ⁊ nihilominus credebatur a suis deus ⁊ filius dei: propter assumptam enim humanitatem que vncta est oleo spirituali vocatur christus. Unde in medio statu dicimus christeleyson. Quando igitur ter dicimus christeleyson ostendim⁹ eū nunquā fuisse seperatū a substantia sancte trinitatis licet fierz homo. Sed quādo semel ostendimus eum fuisse solum inter homines: et neminem sibi per omnia similem habuisse. Tertius status fuit ex eo tempore quo voluit clarificari assumptaz humanitatem plusquā esset quādiu mortalis erat. Quia ergo in illa clarificatiōe ostensa est trinitas: ideo dicimus ter kirieleyson semel vero dicitur propter vnam substantiam. De horꝫ verborum efficatio dictum est in quarta parte sub titulo de kirieleyson. ¶ Et nota qō premissi status dicūtur propter nos non propter deum apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. ¶ Post kyrieleison sequitur dominica oratio in qua sunt septem petitiones propter habeda septez spiritus sancti dona per que merentes septem virtutes. ⁊ per istas a septem vicys liberari ad octo beatitudines pueniemus. Et dicitur voce demissa ⁊ secrete. Primo ut per hec verba humilitatis ⁊ orationis deuotio significet̄. Secundo ut quasi ad interiora reuersi ipsas res cū magna diligentia mente capiamus quas verbis pronunciamus. Tertio qa in ea deo loquimur qui nō tantū verba sz renes scrutatur ⁊ corda. Quarto ad notandum ꝓ oratio ipsa potius habet efficatiaz in deuotione cordis quā in clamore oris. Licet enizꝫ Moyses ad dominuz non clamaret: ore tamen dominus qui magis attendit clamorez cordis quā oris. inquit eis quid clamas ad me Exo. xiiij. c. ¶ Finis tam̄ ipsius orationis alte pronūciatur: ut ab omnibus confirmetur ⁊ ut auxilio precum astantiū respondentium Amen a tentatione liberemur: quia sic̄ ait Augustinus: Inpossibile est multitudinez nō exaudiri. Principiuz quoqꝫ eius publice pronūciatur: ut per hoc populi astantes ad orandū intuitentur. ¶ Sane dominica oratia dicitur ut vita spiritualis anime impetretur propter quod immediate illa dicta subuciet̄. Viuet aia mea ⁊ laudabit te ⁊c. deinde sequit̄ Erraui sic̄ ouis q̄ ⁊c. i quo fit cōfessio. Nō. n. pōt in deo viuere qui nō confitetur. Consequenter dicitur. Credo in deuz in quo fides nostra continet̄: sine qua impossibil

le est deo placere: ⁊ per quam contra omnia ad-
uersa armant: qui per dominicā orationem mun
dantur: Et dicit voce dimissa: finis vero alte ad
notandū q̃ corde creditur ad iusticiam. ore autem
confessio fit ad salutem: extra de sacra vnc. de q̃ i
quarte pte dictum est vbi de simbolo agitur. Po
stea sacerdos quasi suspirans dicit. Et ego ad te
domine clamaui ⁊c. iuxta illud Dauid. De profū
dis clamaui ad te domine. Quia vero nō est spe
ciosa laus in ore peccatoris: quia peccatori dixit
deus. Quare tu enarras iusticias meas ⁊ assu. te
stamen. meū per os tuū. iij. q. vij. ℣. q̃ instat. ideo
petit sibi grām confiteri. qua repletus possit digne
laudare dicens. repleat os meū laude. ¶ Sub
sequuntur etiā postea multe precesi: quibus eccle
sia obsecrat: orat: postulat ⁊ gratias agit iuxta do
ctrinā apostoli ad thimo. Obsecrat dū dicit. Do
mine auerte faciē tuam a me ⁊c. proprie autē ob
secratio est quādo cū adiuratione petitur: vt cum
dicitur per passionem tuam libera nos domine.
Orat dum bona sibi dare petit: vt ibi Cor mun-
dum crea in me deus: ⁊ spiritū rectum. Postulat
dum a se mala sibi cōtraria remoueri petit: vt ibi
Dignare domine die isto sine peccato nos custo-
dire. Gratias vero agit pro iam receptis: cum di
cit. Benedic anima mea domino: de hoc etiam
sub titulo de tertia dicet. ¶ Potest etiam ⁊ aliū
dici quoniam oratio dominica cum sequētibus
precibus ⁊ cum psalmo. Miserere mei deus se
cundū magna misericordiā tuam. ideo dicuntur
quoniā sunt intra ecclesiam nostram qui minima ⁊
qui maxia cōmittuntur. Pro minima cōmitten
tibus: ⁊ pro se ipso sacerdos orat quando kiriele
yson ⁊ orationem dominicam dicit: in qua nemo
se excusare potest nisi veraciter dicat. Dimitte
nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittim⁹ ⁊c.
Pro maiora cōmittentibus: ⁊ per penitentiam re
surgentibus dicitur psalm⁹. Miserere mei de⁹
secūdum magnā misericordiā tuā: qui ꝓprie perti
net ad penitentes: ꝓut dictū est sub titulo de lau
dibus matutinis: ⁊ viuet anima mea ⁊c. ga ani-
ma mortua fuit post mortale peccatum. Errorem
etiam suum exponit dicens. Erraui sicut ouis q̃
peryt ⁊c. Medicinam querit vbi dicit. Quere ser
uum tuum domine: quia mandata tua non sum
oblitus. idest paratus sum adimplere. Rursus ī
his precibus ecclesia orat pro peccatis: ⁊ presertim
pro quatuor orat scilicet pro immundicia re-
mouenda: ⁊ pro mundicia conferenda: pro tristi
cia que est ex morsu conscientie remouenda: ⁊ ꝓ
leticia conferenda: pro quibus dicit quatuor pti
culas illius psalmi. Miserere mei de⁹: secundum
magnā misericordiā tuā. Pro imundicia remo
uendi dicit. Auerte faciē tuam a peccatis meis: ⁊
oēs iniquitates meas dele. quasi dicat noli ea et
naliter punire: sed quia posset esse q̃ homo non
curaret ea deleri: exquo in presenti non puniren
tur: ideo addidit. Et oēs iniquitates meas dele:
pro mundicia vero cōferenda dicit. Cor mundū
crea in me deus: Sed quia etiam collata munidi
cia homo eā sibi collatam ignorat: ⁊ adhuc cōscie
tie morsu torquet. ideo addidit. Ne picias me a
facie tua: ⁊ spiritū sanctū tuū ne auferes a me. de
inde ꝓ leticia cōferenda dicit. Redde mihi leciti
am salutaris tui: ⁊ spiritū rectum ⁊c. Sed qui ad
huc restant inimici q̃ nos ad mala trahere nitun
tur q̃ sunt tres. s. caro mundus ⁊ diabolus. iccir
co contra inimicos ponit tres versiculos. s. Eripe
me dñe ab oī malo: ⁊ alios duos sequētes. Ini-
micis vero repulsis iā laudare potest. vnde dicit
sic. Psalmū dicā omnipotenti ⁊c. ⁊ quia oī tēpore
laudandus est adiungit. Et reddā vota mea ⁊c.
⁊ etiā in oī loco: ideo adiungit. Exaudi nos deus
salutaris noster. Adhuc quia per passionem redē
pti sumus: ⁊ per eam nostra oratio recipit effica
ciā. ideo reducim⁹ ad memoriam que in passione
dñi legimus ⁊ cantamus videlicet. Sanctus de
us sanctus fortis sanctus ⁊ imortalis. Inde hor
tamur animā nostrā ad benedicendum sibi ꝓpter
beneficia nobis collata sibi. Benedic ania mea
domino ⁊c. Consequenter vero vt pura sit oratō
cōem facit confessionem: per quam a venialibus
mundamur: sine quibus cōmunis vita facile nō
ducitur. Et quia hominis confessio nil valet nisi
interius conuertatur: ideo subiungit. Conuerte
nos deus salutaris noster: ⁊ auerte iram tuā a no
bis. Preterea quia in principio diei est orat a pec
cato per diem liberari dicens. Dignare dñe die
isto sine peccato nos custodire: sine quo vix pōt
esse ad momentum humanitatis fragilitas. Et ga
necesse est vt misericordia dei sequatur sicut pre
uenit. iccirco addit. Fiat misericordia tua dñe su
per nos ⁊c. demū orat pro diuersis gradibus ec
clesie: ⁊ tandē concludit per psalmum. Miserere
mei deus secūdū magnā misericordiam tuā. post
quem noster opilio solus orat pro oibus in colle
cta: Dū autē sacerdos orat seu preces huiusmo-
di dicit. in diebus profestis se ad terram ꝓsternit
vt maiorē in se ⁊ alys excitet deuotionē. sed fi-
nito psalmo. Miserere mei de⁹. surgit ceteris ꝓ
stratis manentib⁹ ⁊ stans orationē dicit: qm̄ vicē
gerit illius sacerdotis qui in celo est: ⁊ q̃ ꝓ nobis
quotidie interpellat. Primo ergo iacende cū ce-
teris orat: sicut ⁊ dominus cuius vicarius est pri
usquam resurgeret cum peccatoribus conuersa
tus: ⁊ in cruce prostratus est. postea stando orato
nem dicit: vt illius resurrectionem recolat cuius
vicem gerit. In quibusdam tamen ecclesys om
nes illo surgente surgunt in quo significant se
spem recepisse a peccatis resurgendi. ¶ Et no
ta q̃ sola ecclesie militans adorando in faciem
cadit: ¶ In profestis ergo diebus quandoque
prostrati oramus: in quo octo significantur.
Primum infirmitas corporalis: quia de puluere
sumpti sumus. ¶ Secundum infirmitas animi
qr ꝓ nos nō erigimur. ¶ Tertiū est erubescētia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia nō audemus oculos in celū leuare: Quartum prudētia quia videmus vbi cadimus idest in terrenis affligimur. Quintū ut cordis cōtritionem significemus. Sextum quia christus adorātes eum ad terrā descendisse. ⁊ carnem de terra credimus induisse: ⁊ hoc etiam quidā figuant: q̄ volentes sibi signum crucis imprimere primo inclinanti terram manu tangūt. Septimū quia reducimus ad memoriā. licet in paradiso angelici creati fuerimus. corpora nostra ꝓpter lapsuz nostrum inter animalia bruta iacere ⁊ animā corporali mole grauari: Octauū ut ipso actu confiteamur nos esse peccatores ⁊ terrenis desideryis inherere: dum ventrē terre ⁊ animā pauimento infigimus: ⁊ hoc est introductum ab abraā qui cadens in terra dominū adorauit quem prophete imitati fuerunt. Unde origines in omelia illius euangelij. Erant ioseph ⁊ maria mirātes sup his ⁊c: ita dicit. sancti prophete quando angusti⁹ alī quid cōtemplabantur cadebant in facies suas ut peccata per ruinam corporis plenius purgarētur Quandoq̄ etiam in priuatis orationibus genua flectimus: ut salomon ⁊ apostolus dicens flecto genua mea ad pa. do. no. extra de immu. ecclesie decet: ut per hoc omne genu christoiflecti innuamus: sed tunc nō ꝓstrati sed facie erecti stamus quasi ipso actu dicentes trabe me post te. Quid dicere debemus dum genua flectimus in vl. pte sub ti. de pascha dicetur. Et quandoq̄ stam⁹ letātes q̄ in domū domini ibimus. In primo quidē modo exprimimus coditionem nostram. in secūdo desideriuz. in tertio spem. In diebus vero dominicis ⁊ in paschalibus genuflectio non fit: nec dicit per horas kyrieleison: nec oratio dominica: sed stantes oramus ꝓpter letitiam resurrectionis quā tunc recolimus: de quo in sequenti parte sub festo pasche dicetur: nec in diebus penthecos. quibus recolimus libertatem per aduētū spiritus sancti nobis datam: nec in alys festiuis diebus propter letitiaz ipsaꝝ festiuitatū: in quib⁹ recolimus sanctam societatē angelorꝝ ⁊ sanctorꝝ que iam est in letitia sempiterna: nisi pro presentia corporis ⁊ sanguinis christi. In his tamē diebus stantes capite inclinato orare debemus: sic ⁊ deuote mulieres ad monumentū fecerūt: ⁊ tūc etiam huiusmodi flebiles preces vite presentis dimittimus: ad notandū q̄ in futura resurrectione vbi erit vera libertas ⁊ vera societas nulla p̄catio exercebitur pro miseris. de hoc dicetur ī sexta parte sub ti. de sabbato post pēthecosten. In quibusdaz tamen ecclessis in oibus officys dicitur dominica oratio licet stando: nam illa est sal ⁊ condimentū sacrificij. Et sicut in veteri testam̄to nullum sacrificiuz sine sale fiebat: ita nulluz officium nostrū sine illa fieri debere videtur. de ꝗ etiam dictū est in prohemio huius partis. Sane preces huiusmodi mistice humilitatez significant: prout sub cōpletorio dicetur. versi autē ad orientem illas dicimus de quo dictū est in prohemio huius partis. Ultimo subiycitur oratio quaz salutatio. s. Dominus vobiscū precedit ⁊ etiā sequitur: qui sicut domin⁹ postq̄ resurrexit saluta uit apostolos dicens. Pax vobis: ⁊ postea locutus est eis. ⁊ post locutionem itez dixit Pax vobis: ita ⁊ presbyter eius vicarius postq̄ surrexit ab accubitu salutat fratres dicens Domin⁹ vobiscum: ⁊ pro eis orat: ⁊ post orationez itez dicit Dominus vobiscū: quasi dicat: Si gratiā dei impetrastis in illa perseuerate: ⁊ itez populus dicit Et cum spiritu tuo. Ac si dicat: Orasti pro nobis ⁊ nos pro te oramus. de hoc dictū est in quarta parte sub titulo de salutatione ad populum. Nouissime dicitur benedicamus. de quo dictum est in prohemio huius ptis. Postq̄ vero ecclesia direxit orationes ad dominū implorat orationes sanctorum dicens Preciosa in conspectu ⁊c. qō non est de prima: inde est q̄ quidam dicūt illud post matutinas laudes. Etiam quidā interponūt inter primaz ⁊ preciosam. primā de beata ꝗgine ⁊ quidam missaz animaꝝ. ⁊ quidam religiosi ꝗ ī capitulo dicūt. Aliqui tamen dicūt de prima: ꝗm ea que dicta sunt in ꝓhemio vbi agit de lectiōe continuantes illud cum prima. deinde sacerdos ad honorem trinitatis orat generaliter pro se et pro omnibus dicēs ter. Deus in adiutoriū ⁊c. ut dicitur ter ut petat auxiliuz contra insidias dyaboli carnis ⁊ mundi: uel in honorem trinitatis: ⁊ ideo subiycitur Gloria patri ⁊c nec post gloria patri sequit alleluya pro eo q̄ locus in quo hec dici cōsueuerunt: puta capitulū sacer nō est. Sicut enim sacer locus significat illam hierusalez in q̄ vox illa angelica scilicet Alleluya audit: ita loc⁹ ille non sacer: peregrinationē nostrā representat in qua peccamus. deinde quia dum in hac vita sumus peccamus: ideo subiūgim⁹ kyrieleison ⁊ pater noster. ⁊ postea respice domine in seruos tuos ⁊c. vbi dicit ⁊ dirige filios eoꝝ. Filij nostri sūt cogitationes que de mente nostre nascuntur q̄s ad opera domini implēda rogat dirigi. opera ꝗo manuū nostraꝝ sunt opera exteriora quo interi⁹ a cogitationibus procedūt. Sed quia omnia ad vnum tendunt: ideo postea dicit opus singularit cū dicit: Et opus manuū nostraꝝ dirige. Et iterū opilio siue pastor pro omnibus ouibus orat generaliter dicens: Dirigere dignare domine ⁊c. Oratione ꝗo seruitiū concluditur: ut diuina gratia que actiones nostras precedit etiā ipas subsequatur.

De tertia. Rubrica.

Hora tertia deo laudes exoluim⁹ quoniā in illa ꝗm Marcus Jhs liguis iudeorꝝ morti adiudicat⁹ ē: ⁊ a pilato ad colūnā ligat⁹ ē ⁊ flagellat⁹: merito ergo hora illa ora⁹: ut sic. s. s. ab adā p diaboli

